

Johann Festing

**Johannes Festingius Amplissimae Facultatis Iuridicae Decanus, Suo ... Dnn.
Collegarum nomine Ad Disputationem Inauguralem ... Dn. Joachimi Zinckii,
Wismariensis. Pro consequendis summis in utroq[ue] iure honoribus &
privilegiis d. XXII. Aprilis ... habendam ... Cives Academicos ... invitat**

Rostochi[i]: Weppling, [1686]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777132001>

Druck Freier  Zugang



F. Zinck.

XXVII.

29

JOHANNES FESTINGIUS

Amplissimæ Facultatis Juridicæ
DECANUS,

Suo honoratissimorumq; DNN. Collegarum nomine
Ad

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

Prænobilis ac Clarissimi,

DN. JOACHIMI ZINCKII.
Wismariensis.

Pro conseqvendis summis in utroq; jure
honoribus & privilegiis d. XXII. Aprilis, Deo
auspice habendam,

Magnificum DN. RECTOREM,
Nobilissimum Amplissimumq; utriusq; rei-
publicæ Senatum, ceterosq; omnes omnium ordinum Ci-
vics Academicos & Literatos, horumq; Fautores benevolos,
ea qvâ decet observantiâ & humanitate
invitat.



Rostochi, Typis JOH. WEPPLINGII, Acad. Typogr.

LB FP Zinck, Joachim 1686

Ilqua unquam nobis com-
 modascribendi materia nascitur, eacer-
 tè nascitur, qvæ de Academiarum incre-
 mentis tractat, qvandoqvidem eo usq;
 literarum infortuniū crescit, ut nisi for-
 i pectore obviam eant, qui gerunt vigi-
 es curas, mox ad incitas redigantur de-
 relictæ & inclinet munidus ad iufastam
 & humanitati omni inimicam barbariem. Qvocirca tamen
 Academiarum incrementum præprimis meditari fas est, qvip-
 pe sine qvibus non est dulce literarum commercium. Sed ha-
 bent sua res omnes fata (uti dicitur) & aliquando pericula
 excitant consultatores studiosissimos. Scilicet extrinsecus
 multa expetunt subsidia Academiaz, & in suis etiam subsellziis
 qvarunt salutaria medicamina. Verùm sicut sui invicem offi-
 cií debent esse memores Professores: ita aliis etiàm autores ut
 sint iidem necesse est, qvò simul faciant, qvod Academiaz
 salutem promovere valet. Hoc sanè ab industria Audien-
 tiū pendet, qvibus aversantibus & delitescentibus absqve fa-
 ma operantis eruditionis non poterit oriri gloria Academica.
 Multò minus poterit sperari incrementum, qvod non est, si
 alto involuta silentio Academia cum suorum oblitteretur no-
 mine. Non potest non videri decumbentis facies Academiaz,
 ubi in tristi hoc silentio fermè immoriantur homines: ubi ac-
 cipiunt qvidem eruditissimorum scripta, sed nihil reddunt.
 Equidem, antehac differendi eā de materia mihi data fuit occa-
 sio; ergo vix ausim nunc repeterē verba, qvæ recenti adhuc
 memoria tenentur plurim. Interea verò recolit mea mens
 diuturnas meditationes, qvæ in disputationum exercitiis ma-
 gnum posuerunt increcentium Academiarum momentum.
 Sanè vidit hactenus nostra Academia, qvos fructus elegantissi-
 mos ex filiorum studiis collegerunt sibi sorores optimæ;
qvis

quis autem nescit doctissimas disputationes, quibus personae
runt Musarum atria? Qapropter sua ubertate æmulam o-
stentare felicitatem præoptat nostrum etiam Rosetum. Pu-
blico specimine inclarescere qva virtus nititur, hæc offici-
um boni civis explet, qvod expedivisse in gloria ponitur. etc-
uim sicut ipsi emolumentum inde certum & pulcherrimum in-
dustriaæ atque eruditionis testimonium: ita causa almæ Aca-
demiaæ strenuæ acta videbitur bonis omnibus. Ceterum qvod
hac in parte facit pro Academiis, meo qvidem judicio ab iis
potissimum expectamus, qvibus ob bene peracta studia paran-
tur qvisupremi ibi sunt honores. Horum omnino officium est,
ut qvod ad Academiaz immortalem famam aut constituendam
aut conservandam pertinere poterat, conferant: imò
sciscitanti eruditorum curiositati satisfaciant. Sic imponi-
tur disputandi necessitas, non aliam (nisi fallor) ob cau-
sam, qvam ut per elegantem & selectam materiam probent in-
genium, industriaem, & eruditionem. Imò solet hæc com-
muniter esse hominum sententia, ut ab ipsis productum iri
sperent qvid laudabile, qvi honestæ laudis encomia magnâ me-
ritò curâ qværunt. Scilicet diversa hominum sunt judicia:
novi honores inter curiosos qvæsi observatores sumuntur. Be-
ne cœpisse, in gloria ponitur; non bene cœpisse, multarum
suspicionum habet periculum: altè enim impressa qvæ est ho-
minum opinio, ægrè exuitur. Præcipue verò in principiis prom-
titudinis & eruditionis laudem sectari juvat: siqvidem pote-
rat inde comparari optima opinio, qvâ plerumq; nititur ho-
minis existimatio. Parva aliquando regitur sapientia res, sed
habetur sapientia, quia esse creditur. Quid igitur non dicam,
si exspectationem eorum, qvi explorare satagunt, expleat ex-
cellens Candidati eruditio. Quin, magis sollicitus erit de lau-
dabili opere, qvi magis sollicitus de honestâ fama est: & magis
etiam allaborabit dare, à quo accipere eruditii cupiunt, Verum
enimverò multis etiam exemplis edocemur, fuisse Doctoraliū
dignitatum Candidatos, qvi svasu Excellentissimorum pariter

JCtorū exhibitiis positionibus miscellaneis publicū subire confli-
ctū voluerint. Attamen vix ausi id fuerunt, nisi datis antea expe-
rimentis eruditio[n]is & industria[rum]. Nec meo eq[ue]dē voto extra
illam rationitem satisfecisse Academiæ honorī eum facile dixe-
rim, qui sibi soli satisfactorus, Academiæ ad memoriam in ipso
repetendam nihil reliqverit. Hinc etiam solet curiosa esse Can-
didatorum industria, ut memores illius, q[uod] apud Diether in
pref. Addit. ad Besold. Thes. pr. dicitur, nolint esse rei ejus cri-
minis, q[uod]o pigritia[rum] aliquis arguitur. Hoc a. est, si q[uod]vis vulgarem
materiam elegerit, eam q[uod] vulgariter ex tribus fortean compen-
diis in eā ipsā universitate natis pertractaverit. Verū q[uod]am-
vis hoc studio expletum s[ecundu]m orbis literarii desiderium: non
raro tamen etiam à multis peccatum fuit. etenim eō demum
processit novorum titulorum studium, ut fermè in JCtorum
Scholis q[uod]vis existimaverit tractari Theologotum lœcos com-
munes de Resurrectione mortuorum in servorum manumissioni-
bus, de Extremo iudicio in testamentis &c. Quidam rubrica sa-
pe notat materiam elegantem, ubi in nigro nihil, præterquam
vulgaria omnia continentur. Est certè fateor magna scripti
commendatio, si cum utilitate, non decies repetita, sed amabi-
lis pertractetur materia, & singularis q[uod]aque exponatur accu-
ratā fusioriq[ue] doctrina. Sic enim fore arbitramur, ut mox
satisfiat etuditorum votis, q[uod] in cunctis jurisprudentiæ pat-
ribus posita ob oculos Legumlatorum prudentumque scita
bono ordine queant cerni, & sublevetur properans eorum di-
ligenzia, q[ui]ibus impedimentum crebro ponitur negotio-
rum mole. Enimvero experientia testis est inter viros qui
forensi student prudentia[rum], q[uod]omodo non sufficiat didi-
cisse generalia dogmata; sed in variis casibus ère videtur es-
se sibi sumere aliunde præsens consilium. Hoc verò cum non
raro sterili cum dierum jactura q[ui]æratur, illa merito lauda-
tur opera, q[uod]a succurritur; succurritur autem omnium optimè,
si suis relicta locis commode disponantur jura, suisq[ue] sub genu-
inis proponantur titulis. Nec desperata res est; etenim verè re-
cte.

Et eque Duarenus de ratione doc. jur. p. m. 1102. vers. idem. B.
dem inquit, de scripta sunt à pluribus, sed paucis commutatis ver-
bis, acplerumque ne commutatis quidem toties repetita, ut dubi-
tandum non sit, quin omnia hujusmodi scripta quamlibet prolixa
& verbosa, se quis in eo modicè sibi elaborandum esse duxerit,
ad paucissimum numerum librorum facile redigi queant. Ad-
eò igitur præprimis cauto opus est, ne videantur nihil præ-
ter inaniem ostentationem memoriae & subtilitatis reliquias,
aut omnia sic perturbasse, ut nihil cum judicio, sed temere
nihil consulto, sed fortuito: ut quicquid in mentem venerit di-
xisse judicentur. Nec argumentari licet molestè magis quam
subtiliter; imò argumenta argumentis colligere, & quasi ni-
hil esset satis firmum, omnes probationes probationibus aliis
confirmare, genus dicendi vocat Duarenus in Copt. Hug.
Donell. p. m. 1113. & nos ipsius autoritate genus etiā scriben-
di accusamus, quo corruptius nullum dici singive potest. Re-
ctissimè igitur ob oculos ponitur nota Albutii Rhetoris, qui
à veteribus reprehensus fuit, quod in omni controversia di-
cere cuperet, non quicquid debebat dici, sed quicquid poterat.
Tantum de OPTIMA DISPUTANDI RATIONE, quam si quis
probè observaverit, non potest non laudari opera; observant
autem, qui non ignorant, quid dissent era lupinis. Sanè placuit
præprimis Clariss. nostri Candidati institutum, qui in ACTIO-
NIS INANIS nobili materia, nec vulgari, sed per corruptum
reipubl. statum saepius proh dolor! repetenda, publice in-
genium eruditionemq; suam demonstrare voluit. Etenim hoc
erat officium, eruditam facundiam, quæ pollet ad insignem
gloriam, per eam materiam publice iterum ostendere, in quâ
forsitan saepius suscipienda erunt patrocinia. Tum vero elab-
oratio arridet; quandoquidem non generalibus actionum
(ut fieri solet) disputationem refertam repperi, sed eleganti tra-
ctatione ea omnia posita, quæ materiam veram probate & il-
lustrare poterant. Hæc certè accurata eruditionis nota est,
quæ in hoc Clariss. nostro Candidato suam omnino sumvit ori-
ginem

ginē ac fundamentū habet, ex prima institutione. Ea enim cum
proba fuerit, facile per subsidiariā Excellentiss. Profess. operam
crevit eruditio, ut hodie supremos Doctorum honores optimo
suo merito capere unanimibus existimetur votis. Natus verò
is est Wismariæ A. O. R. M DC LX. die 4. Sept. Patre Viro Spe-
ctatissimo Dn. CHRISTOPHORO ZINCKIO, Cive apud Wis-
marienses primario; atq; Matre CATHARINA Jorckēn/ fœ-
mina omni virtutum laude ornatissima. Ab his parentibus o-
ptimis, qvi lētam filii fortunam animo subinde volutabant,
qvalem nunc in ejus eruditione lētissimi conspiciunt, omni
cura ac solicitudine educatus fuit. Commissus itaq; fidelissi-
morum Præceptorum fidei, qvorum opera solidis pietatis & li-
terarum elementis imbutus, postmodum sub Clariss. Viris Dn.
Urbano Lehmanno Rectore, & Dn. Michaele Freudio Con-Re-
ctore in Schola patria felicissimos in humaniori literatura fecit
progressus. Gavisus insuper benevolo affectu Plurimū Rev.
Dn. M. Jacobi Hieronymi Lochneri, ibidem Wismariæ ad D.
Nicolai Pastoris vigilantissimi ut & Consistorii Regii Assess. me-
ritissimi, sub cujus manuductione cùm Logices & Rhetorices
tum Philosophiaæ practicæ principia felici absolvit cursu. Adeò
benè jacta sunt studiorum primordia, indeq; non potuit non
spes haberri certissima, fore ut qvi more rituq; veterū non
cruda studia afferret ad Jurisprudentiā, solidam quoq; caperet.
Verū aptus nunc, qvi ad altiora ascenderet, An. MDC LXXIX. ad
emporia Literarum veræq; doctrinæ Academias contendit.
Visis autem Lips. & Jenensi celeberrimis, ad Academiam No-
ricorum florentissimam se contulit, ubi non fractus ullis vo-
luptatum illecebris, sed pietatis & virtutum omni genere in-
structus eorum imitatus mores est, qvi ad sublimiora nati cum
parentum fuerint custodia soluti, sibi porrò de subsidiis exqui-
sitæ eruditionis prospicere consueverunt. Audivit ibi Viro
undiqaq; celeberrimos; præprimis verò laudat fautorem
pariter ac Præceptorem nunquam satis colendum Virum
Excellentissimum D. G. P. Rotenbeccium Logices &
Politices Professorem famigeratissimum, cui qvicq; id in
sub


Sublimiori Philosophiae studio profecerit (profecit autem uber-
rimè) se debere lubentissimè confitetur. In Geographicis Prä-
ceptorem habuit celeberrimum Sturmum; in oratoriis di-
seritissimum Omeisium; in jure publico insignem Wagenseili-
um, cui etiam Funci orbem politicum publicè explananti Au-
ditor fuit diligentissimus. In jure privato Doctores habuit Vi-
ros Nobiliss. Consultiss. atq; Excellent. Dn. Henricum Lincki-
um ex elegantioribus Academicis laboribus celeberrimum, &
Dn. Johannem Anton: Geigerum Incomparabilis Ludvvelii
discipulum, JCtos elegantissimos pariter ac prudentissimos.
Et quidem sicut hujus collegia Institutionum Lectorio-exami-
natorio-disputatoria diligenter freqventavit: ita etiam illius
Collegio Pandectarum Lauterbachiano perqvam egregio stu-
diosissimè interfuit. Ab hoc deinde celeberrimo Musarum do-
micio qvod Altorfii est, An. MDC LXXXI. Mens. Maj. certas
ob causas revocatus, per trimestre spatum in patria substitit,
qvo elapso tempore hue concessit, & in alma hac nostra Acad-
emia eum se præsttit qvem bonus omnis amore prosecutus est.
Audivit magno hic cum fructu Antecessores nostros; præpri-
mis verò extollit doctrinam Magnifici Dn. Georgii Radovii JCtū
& Antecess. Celeberrimi, Dn. Fautoris, Collega & Compatri-
mei honoratiss. nostræ Facult. atq; Coll. Profess. Senatorii Se-
nioris, Nobilissimorum Statuum Provincial. Meckl. Syndici,
hodie Rectoris nostræ Academiæ, sub cuj ductu benevolo pro-
sperrimos studiorum progressus sensit crescere indies. Sed ha-
buic eum insuper Auditorem in Collegiis Jurid. ledulum Vir No-
biliss. Ampliss. atq; Excell. Dn. Joh. Siebrandus, JCtus & An-
tecess. famigeratissimus, fautor, Collega & Amicus noster hono-
ratissimus. ut & Excell. ac Pl. Rever. Dn. Gottlob Frieder. **Sz**
Ligmann Prof. Philosophus Celeb. ac SS. Theol. Ddus in Col-
legio Juris Naturæ Albertino. qvâ omni informatione opti-
mâq; doctrina fretus tandem in cathedra eas animi dores
publicè exhibuit, qvas subinde per diligentissimam curam
indefessaq; studia collegerat. Ipse eqvidem statim sub ini-
tiū

gium meæ Professionis An. M DCLXXXII. (quod erat officii) pub-
licè invitatione ad disputandum facta, inter alios hunc nactus
fui disputatorem egregium. Qualem enim se exhibuerit,
hodienum testantur, qui intelligunt: cum non rudi Minerva,
sed erudissimorum instar, elegantissimis argumentis majori ve-
ritatis indagationi causam dederit. Tum Ludvvelii duas di-
putationes ztiam & ztiam accuratissimè defendit, tanto omni-
um applausu, ut egregium accurati ingenii & solidioris juris-
scientiae nomen acquisiverit. Abiit autem dein ad Academi-
am Kilonensem, ibiq; sicut virtus suis inter bonos non destitui-
tur amatoribus, obtigit fausta ipsi familiaritas cum Consultiss.
Dn. Bernhardo Schulzio JCto Antecess. Primario & Academic
Pro Cancellario, ut & Celeberrimo Morhofio Polyhistore, à quo-
rum ore dum hærere potuit, erecta fuit proba mens & stabilita
cultæ eruditio. Audivit etiam JCtum & Antecess. Excell. Dn.
Nicolaum Martini, quem publicè profitement diligentè secta-
tus est. Rectissimè, ita nihil unquam negligere voluit, ex quo
posset augeri juris scientia; unde tantos etiam in jure fecit pro-
gressus, ut habito nuper examine, inter encomia & laudes un-
animi omnium Excell. Dnn. Collegarum ore dignus declaratus
fuerit, cui aperiretur aditus ad supremos honores Doctorales, &
concrederentur munia reip, aut civilis, aut literariae in Academi.
Hocce nunc examen seqvitur publica inauguralis disputatio de
Germanorū proverbio: Wo nichts ist/da hat der Kaiser sein Recht
verloren/quamex meo demum præsenti ipsi dato consilio ma-
gna promitudine intra trium septimarū spatium conscriptam
d. xxii. April. Volente Deo publicè ventilandam exhibiturus est.
Ut itaq; hic actus eo illustrior & splendidior reddatur: proinde Ego, meo Ampli-
ssimæq; Facultatis nomine Magnificum Dn. RECTOREM, Nobiliss. Ampliss. utriusq;
reipubl. Senatum, Excellentiss. omnium Facult. Dnn. Professores, Collegas, Docto-
res, Licentiatis, verbi divini Ministros, Philos. Magistros, omnes deniq; Literatos &
Literarum fautores ea qya par est observantia & humanitate rogo, ut tantillum a-
lijs suis occupationibns detrahere & magnifica ac honorifica præsentia, & qvib us
etia lubet, amicâ collatione Clariss. Candidati beare hanc edignentur. Hoc tant
denevoleniz signum habebitur, quod gratâ mente agnoscendo magnificie-
mus & evehere dignis præconiis valde allaborabimus. Valete,
P. P. Röschbii, Sub Sigibz Facultatis Juridicae, die XI. April. An. M. DG. LXXXVII.

(o)

Et eque Duarenus de ratione doc. jur. p. m. 1102
 dem inquit, de scriptis sunt à pluribus, sed paucis
 bis, acplerumq; ne commutatis qdDEM toties
 tandem non sit, qvin omnia hujusmodi scripta qu
 ē verbosa, se quis in eo modice sibi elaborandi
 ad paucissimum numerum librorum facile redig
 eò igitur præprimis cauto opus est, ne vide
 ter inariem ostentationem memoria & subtil
 aut omnia sic perturbasse, ut nihil cum judicio
 nihil consulto, sed fortuito: ut qvicq; id in me
 xisse judicentur. Nec argumentari licet mole
 subtiliter; imò argumenta argumentis collig
 hil esset satis firmum, omnes probationes pro
 confirmare, genus dicendi vocat Duarenus
 Donell. p. m. 1113. & nos ipsius autoritate genu
 di accusamus, qvo corruptius nullum dici fin
 etissimè igitur ob oculos ponitur nota Albuti
 à veteribus reprehensus fuit, qvō in omni c
 cere cuperet, non qvicq; id debebat dici, sed q
 Tantum de OPTIMA DISPUTANDI RATIO
 probè observaverit, non potest nō laudari ope
 autem, qvi non ignorant, quid distent era lupin
 præprimis Clariss. nostri Candidati institutum,
 NIS IN ANIS nobili materia, nec vulgari, sed
 reipubl. statum sèpius prohi dolor! repetend
 genium eruditioñemq; suam demonstrare vol
 erat officium, eruditam facundiam, qvā polle
 gloriam, per eam materiam publicè iterum of
 forsan sèpius suscipienda erunt patrocinia.
 boratio arridet; qvandoq; idem non general
 (ut fieri solet) disputationem refertam reppèri,
 etatione ea omnia posita, qvā materiam vera
 lustrare poterant. Hæc certè accuratæ erudi
 qvā in hoc Clariss. nostro Candidato suam omni

{ 3 }



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.